



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 769/10/L

## NETENSIS

Instante Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Antonio STAGLIANÒ, Archiepiscopo Netensi, litteris die 8 mensis Ianuarii anno 2012 datis, preces et vota cleri atque christifidelium expromente, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum peculiarium a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, insignem ecclesiam cathedralem Deo in honorem sancti Nicolai Netensis dicatam titulo et dignitate BASILICAE MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornat, servatis vero servandis, iuxta Decretum «*De Titulo Basilicae Minoris*» die 9 mensis Novembris anno 1989 evulgatum.


Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 21 mensis Ianuarii anno 2012.

*Antonius Card. Cañizares Llovera  
Praef.*

( Antonius Card. CAÑIZARES LLOVERA )

*Praefectus*



*+Iosephus Augustinus Di Noia OP*

( ♫ Iosephus Augustinus DI NOIA, OP )  
*Archiepiscopus a Secretis*